0105-0115- SS Alexander I - Epistola de Causis et Gravationibus Sacerdotum

O93, f. 10va; N442, f. 29rb; V630, f. 29vb; I83, f. 60ra; VD38, f. 54rb; SG670, f. 96a; P9629, f. 5r

CUIUS[1] SUPRA DE CAUSIS ET GRAVATIONIBUS SACERDOTUM.

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis per diversas constitutis regiones[2] Alexander episcopus.

Nulli, fratres, dubium est, quia boni a malis semper persequuntur[3] <SG670, f. 96b> et tribulantur. Propter quod oportet[4] [5] [6] nos humiliari sub potenti manu dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit quaerens, quem devoret, sic diabolus non cessat circuire et quaerere, quos ex fidelibus perdat, et maxime illos, <I83, f. 60rb> quos ardentiores[7] in servitio salvatoris eique familiares[8] invenerit. Familiares[9] dico eos, quos sibi[10] sacrari et in ordine apostolatus[11] constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant et peccata populi comedunt[12], quia suis precibus et obla<VD38, f. 54va>tionibus ea delent atque[13] consumunt[14]. Qui[15] quanto digniores fuerint, tanto facilius[16] pro necessitatibus, quibus[17] clamant, exaudiuntur. Multum enim, ut ait beatus apostolus[18] Iacobus, valet deprecatio iusti assidua. Qui enim vos persequitur, ipsum, cuius vice legatione[19] fungimini, persequitur, quia, sicut ipse filius dei media<SG670, p. 97a>tor fuit dei et hominum, ita et vos eius vice in ecclesia estis constituti, ut inter deum et homines legatione[20] [21] fungamini. Si[22] quis autem legationem vestram impedit, non unius sed multorum profectum avertit[23]. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est et bonorum societate[24] carendus[25]. Et quia dei causam impedit et statum[26] conturbat ecclesiae, <N442, f. 29va> ideoque ab eius liminibus[27] arceatur[28]. Ab omnibus[29] [30] quoque talis est cavendus et non in communione fidelium <I83, f. 60va> usque ad satisfactionem[31] recipiendus. Est enim statutum[32] [33] olim[34], ut, qui statum[35] conturbat ecclesiae, ab eius liminibus[36] arceatur[37] [38], nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit[39] [40]. Vos ergo, si dilectionem habueritis ad invicem et unanimes[41] fueritis, facile tales superare poteritis. Si[42] vero, quod absit, discordes fueritis et canino dente vos derodere coeperitis, <VD38, f. 54vb> non solum eos non superabitis[43], sed et vobis[44] ipsis nocebitis atque ab eis <SG670, p. 97b> superabimini, et innocenter[45] forte peribitis. Qui autem ex vestro collegio[46] fuerit et ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus[47] quam sacerdos esse probabitur[48]. Ecce, inquit propheta, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum se[49] solacio[50] subtrahunt, aut[51], quod deterius[52] est, fratribus insidias praeparant aut laqueos[53] ponunt. De his enim et eorum similibus dominus per Oseae <V630, f. 30ra> prophetam loquitur dicens: Propter vos lugebit terra et infirmabitur omnis, qui habitat in ea[54], in bestia[55] agri et[56] in[57] volucre[58] caeli, sed et pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisque non iudicet, <I83, f. 60vb> et[59] non arguatur vir, populus enim tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti, et corrues[60] hodie et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit[61] populus meus eo, quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam <SG670, p. 98a> repulisti, repellam te[62], ne sacerdotio fungaris mihi. Et[63] oblita es legis dei tui, obliviscar <VD38, f. 55ra> filiorum tuorum et[64] ego. Secundum multitudinem eorum sic[65] peccaverunt mihi, gloriam eorum et[66] ignominiam commutabo. Peccata populi mei[67] comedent et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. <P9629, f. 5v> [Et erit sicut populus sic sacerdos, et visitabo super eum[68] vias eius, et cogitationes eius reddam ei. Et comedent et non saturabuntur. Fornicati sunt et non cessaverunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Haec[69] cavete[70], fratres, et bona semper agere] festinate, [quia in hoc cognoscent omnes, dicit dominus, quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Bo]num est namque procul[71] [dubio et omnibus <N442, f. 29vb> timentibus deum desi<I83, f. 61ra>derabile, cohibere[72] dissensiones] et altercationes fratribusque subvenire, et invicem non invidere, [sed adiuvare. Nos ergo, qui discipuli domini et dici] et esse cupimus, portare cru<SG670, p. 98b>cem Christi et compati[73] fratribus debemus, et non [quascumque eis[74] insidias au]t @@@ 5:34 foveas praeparare, quia talionem[75] meretur, qui fratribus[76] foveam parat[77]. Nolite[78] <O93, f. 10vb> errare, fratres, quia deus non irridetur. Huius rei[79] gratia vobis dominus commisit[80] ecclesiam suam, ut pro omnibus laboretis et cunctis oppressis opem[81] ferre[82] non neglegatis. Unde et dominus <N442, f. 55rb> per prophetam loquitur dicens: Haec dicit dominus: Iudicate mane iudicium et eruite[83] vi[84] [85] oppressos[86] de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit, qui exstinguat. Vos ergo[87], qui in summo[88] speculo a domino constituti estis, attendere[89] eos et opprimere oportet, qui in fratres seditiones et scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.
Salutate omnes, qui recte laborant in evangelio Christi et ius<I83, f. 61rb>te gubernant navem eius, ne cohabitantes[90] in ea mergantur aut suffocentur. Salutat vos omnis[91] apostolica[92] ecclesia in domino. Amen.

<SG670, p. 99a>
Data XVII[93] Kalend. Novembris Traiano et Heliano vv. cc[94]. conss.

O93, f. 10vb; N442, f. 29vb; V630, f. 30ra; I83, f. 61 rb; VD38, f. 55rb; SG670, p. 99a; P9629, f. 5v

1 *Überschrift*] Item EPISTOLA (Item EPISTOLA *korr. aus* EPISTOLA *SG670*) SANCTI ALEXANDRI PAPAE DE PERSecUTIONIBUS (PERSecUTIONIBUS *korr. aus* PERSUTIONIBUS *SG670*) EQUANIMITER TOLERANDIS *SG670*
2 regionibus *O93; N442*
3 persequuntur] persecutionem patiuntur *I83; SG670*
4 oportet *fehlt N442*
5 oportet nos] nos oportet *VD38*
6 nos humiliari oportet *korr. aus* nos humiliari *O93*; oportet nos humiliari] humiliemur *V630;* nos humiliari oportet *I83; SG670*
7 *am Rande* studiosiores *VD38*
8 familiariores *SG670*
9 Familiariores *SG670*
10 *interlinear* id est prespiteros *SG670*
11 *interlinear* episcopos *SG670*
12 commendant *I83;* commendant *korr. aus* commendat *SG670*
13 aque *VD38*
14 *am Rande* dissipant *VD38*
15 quia *I83*
16 *am Rande* citius *VD38*
17 quibus *korr. aus* qui *V630*
18 apostolus Iacobus] iacobus apostolus *V630;* iacobus *I83*
19 legatione *korr. aus* legationi *P9629*
20 legationem *I83*
21 legatione fungamini *korr. aus* legatione *O93*
22 *am Rande* Excommunicandum qui perturbat sacerdotes *P9629*
23 *interlinear* destruit *VD38*
24 societate *korr. aus* soetate *P9629*
25 coercendus *V630*
26 *am Rande* ordine *VD38*
27 liminibus] liminibus ecclesiae *V630*
28 *am Rande* repellatur *VD38*
29 hominibus *V630*
30 omnibus quoque] omnibus enim *korr. aus* omnibus *SG670*
31 *am Rande* humiliationem placationem *VD38*
32 *am Rande* aliquando destitutum finitum *VD38*
33 statutum *korr. aus* statum *V630*
34 olim ut] olim ut is *korr. aus* olim is *SG670*
35 *interlinear* ordine *VD38*
36 *interlinear* ianuis *VD38*
37 *interlinear* repellitur *VD38*
38 arceatur *korr. aus* arceantur *V630*
39 *am Rande* dissipat repellit *VD38*
40 avertit *korr. aus* evertit *P9629*
41 *am Rande* concordes *VD38*
42 *am Rande* De episcopis coepiscopos inquietantibus *N442, am Rande* De amore fraterno *I83*
43 superabitis *korr. aus* superabi *N442*
44 vobis ipsis] vos ipsi *I83*
45 innocentes *SG670*
46 *am Rande* congregatione *VD38*
47 *am Rande* scismaticos apellat qui cum sacerdotibus non auxiliantur *P9629; am Rande* divise *VD38*
48 *am Rande* Usque hic *VD38*
49 se solacio] solatio se *V630; P9629*
50 *am Rande* auxilium *VD38*
51 ac *I83;* et *SG670*
52 *am Rande* peius *VD38*
53 *am Rande* deceptiones *VD38*
54 ea in] ea in qua *korr. aus* ea in ea *SG670*
55 bestiae *P9629; SG670*
56 et in] et *korr. aus* et in *P9629*

57 in *fehlt SG670*
58 volucres *VD38; SG670*
59 et *fehlt SG670*
60 *am Rande* cades *VD38*
61 *am Rande* tacuit *VD38*
62 te] te et ego *korr. aus* te *SG670*
63 Et] et quia *I83; SG670*
64 et ego *fehlt I83; SG670*
65 si *P9629; I83;* qui *SG670*
66 ad *korr. aus* et *V630;* in *VD38;* in *korr. aus* et *SG670*
67 mei *fehlt SG670*
68 eum *korr. aus* eos *VD38*
69 Haec *fehlt I83*
70 *am Rande* praevidete *VD38*
71 *am Rande* certe *VD38*
72 *am Rande* prohibere *VD38*
73 *am Rande* fratrum miserias quasi proprias deputare *VD38*
74 eis *korr. aus* ei *I83*
75 *am Rande* vindictam retributionem *VD38*
76 fratribus foveam] foveam fratribus *P9629*
77 preparat *I83*
78 Nolite] Nolite ergo *P9629*
79 regi *I83*
80 *interlinear* credidit *VD38*
81 *am Rande* auxilium *VD38*
82 *interlinear* tribuere prestare *VD38*
83 *interlinear* liberate *VD38*
84 *interlinear* violenti *VD38*
85 vi *korr. aus* vo *V630;* vim *I83*
86 *am Rande* afflictus *VD38*
87 ergo *korr. aus* ego *VD38*
88 summo speculo] summō speculō *SG670*
89 *am Rande* considerare opprimere castigare *VD38*
90 *am Rande* simul *VD38*
91 omnes *VD38*
92 apostolica *korr. aus* apostoloca *SG670*
93 XVIII *N442; VD38;* XVIIII *I83*
94 claris *SG670*